



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 37. Acerrimum Regis Angliæ responsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

„ tum in te est, extrema, quæ Eccle- Sæcul XVI.  
 „ siæ intulisti, ac singulis diebus eidem A.C. 1526.  
 „ infers, mala reparare fatage. ,

## §. XXXVI.

*Epistola Lutheri Angliæ Regem ad  
hæresin in regnum inducendam  
solicitantis.*

**N**ec prospero magis successu Angliæ Inter oper.  
Luth. ep ad  
Reg. Angliæ  
tom. 2 fol. 92.  
Cochl. l. c. Regem ad sua studia pertrahere ni- tebatur Lutherus. Non deerant, qui eidem spem facerent, fore, ut iratum Regem facile placare, imo ad suam p. 132. 135. quoque sectam allicere posset; quocirca epistolam ad eundem perscripsit, submissione atque adulazione plenam. Inter alia sic Regem interpellavit; *his literis prosterno me pedibus Majestatis tuæ, & quantum possum humillime per Crucem Christi veniam rogo, in quibusunque Majestatem tuam læsi. Dein si Majestati tuæ non videbitur contemendum, ut alio libello publico Palinodiam cantem, faciam illud libertissime.*

## §. XXXVII.

*Accerrimum Regis Angliæ re-  
sponsum.*

**R**egis Angliæ responsum ad Lutherum Cochl. l. c. 136  
& 137. expectatione sua longe acerbius e-

Hist. Eccles. Tom. XXXV. F rat;

Sæcul. XVI. rat; Henricus enim eidem objectabat  
A.C. 1526. animi sui levitatem, doctrinæ suæ erro-

*Inter opera Episcopi Roffensis u-nacum lib.de Sacrament. Sleid. comm. l.6. p.165.* res, cunctaque abominanda scelera, quæ contra Deum, Ecclesiasticos & sœculares Principes, necnon adversus omnia sanctissima quæque per solidos octo vel novem annos commisit. Acrius vero eidem exprobravit incæstas æque ac sacrilegas nuptias:

*Miror, inquit, quod te non pudeat serio levare palpebras, dum diabolo instigante in eam ingenii levitatem cecidisti, ut ob carnis ineptias, & obscenæ libidines, cum frater Augustinianus sis, Monacham Deo dicatam scelerato compressu violares. Quale flagitium si designasses olim apud Romanos Ethnicos, & Monacha terram viva subiisset, & tu ad mortem usque verberibus essem multatus. Verum etiam, quod nimio est execrabilis, eam publice pro uxore nuptiis incæstissimis traduxisti, atque ita palam summo per totum mundum opprobrio, summo cum totius mundi stupore, summaque cum sanctissimorum votorum contumelia per nefas abuteris in quotidianum profibulum. Denique, quod omnium maxime est detestandum, cum te deberet tam exercandi facinoris pudor, & dolor obruere, pœnitentiæ loco præ te fers miser impudentem gloriam, tam longe fugiens implorationem veniae, ut etiam in tui sceleris exemplum passim per pseudoreligiosos literis ac libris alios provokes. Reliqua totius hujus epistolæ*

pistolæ æque gravi stylo concepta erant; **Sæcul. XVI.**  
 præprimis vero vehementer inveheba- **A C. 1526.**  
 tur in Lutherum, quod ejus librum de  
*Sacramentis nonnisi Henrici a subdolis*  
*Sophistis subornati partum dicere, ac Vol-*  
*sæum Eboracensem Cardinalem con-*  
*vitiis proscindere ausus fuisse;* quocir-  
*ca Rex eidem Luthero hæc declara-*  
*bat, librum hunc & meum esse multi majori*  
*fide digni, quam sunt tui testes, cognoscunt.*  
*Et ego, quanto tibi minus placet, tanto ma-*  
*gis libenter agnosco.*

### §. XXXVIII.

#### *Lutheri rabies contra Angliae Regem.*

Pœnituit brevi Lutherum, quod mitius **Sleidan. l.c.**  
 Angliae Regi perscripsisset; cum e-p. 166.  
 nim quandoque rabiem suam eo dun-  
 taxat fine temperaret, ut illi, quos offendit,  
 pro venia supplices ad pedes ejus  
 procumberent, ita totam bilem suam in  
 eos effundebat, qui ejusmodi submissio-  
 nem exhibere cunctabantur. Luculen-  
 tum hujus arrogantiæ specimen præ-  
 buit in suo libello, quem inscripsit, *Re-  
 sponsum ad maledicuum, & calumniosum*  
*Regis Angliae scriptum.* In eo Regem  
 his verbis alloquebatur: „ Véhementer  
 „ doleo , quod te adeo moderate ha-  
 „ buerim, id amicorum precibus victus

F 2 „ feci